

Differentiis iuris
Romani & Germanici
IN

RE BAFIARIA TINCTORVM
Den Färbereyen,

PRAESIDE
DN. IOAN. PETRO DE LVDEWIG,
FRIDERICIANAE CANCELLARIO,
POTENTISS. PORVSS. REG. A CONSILIIS INTIMIS ET IN REGIMINE ATQVE CONSIST. DVCATVS MAGDEBVRGICI, ORDINIS ICTORVM PRAESIDE VICARIO, PROFESSORE IVRIVM ET HISTORIARVM,
DOMINO IN BENDORF, PREZ, GATTERSTAET, RELIQVA,
AD CAPESSENDA PRIVILEGIA ET HONORES
IN IVRISPRVDENTIAE STVDIO SVPREMOS
RESPONDEBIT
M. CHRISTIANVS GOTTL. ROEGNER,
GERA VOIGTLANDVS
AVCTOR.

DIE MENS. OCTOBR. CIↃ IↃ CC XXV.

HALAE VENEDORVM,
LITTERIS IOAN. FRIDERICI GRVNERTI, ACADEM. ET SENAT. TYPOGR.
CIↃ IↃ CC XXXVIII. (8)


WELLCOME
LIBRARY
INSTITUTE

PRAEFATIO.



ESt mihi patria GERA, *Vogtlandiae* ciuitatum praecipua, cum ob ciuium numeros, tum ob commerciorum florem ac opes. In ultimis uero principem locum merentur *baſia*, id eſt, *tinctorum tabernae*, omnis generis ac artis, *uulgaris* & *emendatioris* illius, der *ſchlechten* und *ſchoenfärbereien*. Euenerit autem hoc ſiue fortuna; ſiue praeſtantia ingeniorum hominumque induſtria ſingulari, ut, quod regio & natura difficile reddit, ſuppleant operis & arte; ſiue bonis & irriguis aquis & aeri puro & ſereno debeatur, mea parum refert, cum *thema iuris* reſpondere inſtituam, non rimari naturae arcana. (*)

BASIA GERANA admodum celebria,

(*) Celebratur hodie in patria mea Belgae cuiusdam memoria, *Iohannis Nicolai* SCHMIDII, qui ante duo ſecula *lanificii textrinae & baſiae*

Illud certum eſt, *Gerenſes tincturas* in pretio eſſe ſingulari, niſi meliori orbi uniuerſo, nam etiam tinctae apud nos lanae ad *Indos* perlatae, *Europae* certe, quod illis gaudeant capianturque *Italì* hodieque: licet regiones aliquae edictis cauerint, ne ſuis noſtrae porro praeferantur aut, ne importentur, interdixere prorſus. Vnde facile eſt ad intelligendum, quod, in tanto huius *artis* flore ac cultu, mille homines inde quaerere & accipere queant ea, quae ad uictum & cultum ſolent requiri.

Inde CAVSAE TINCTORIAE obuiae ibi in *foris.*

§. II. Vti autem ſolet etiam illud euenire, ut res negotiaque, quo in aliquo loco frequentius tractantur, eo etiam crebrius ac ſolicitius diſputentur trahanturque in forum: ita nemo uitio uerterit mihi, quod in arenam inauguralem producam *baſiarum* ſeu

ſingulares artes ad nos dicitur attuliſſe easque docuiſſe ciues noſtros, ut patrii artifices hodieque illius ueluti propago eſſe videantur.

tincto-

tinctorium argumentum, quod inter *basiarios* mihi natale solum in eoque domicilium, quod patere etiam debet *causis basiariis*, siquidem illis opus fuerit, iuris, quod colo & fori, cui me mancipaui, aliquo patrocinio. Quod cum ita sit, etiam intelliges illud, finem, nobis propositum, *forensem* esse & pragmaticum uere, floribus tamen sparsis simul antiquitatum & litterarum humaniorum, ne frustra laurum quoque earundem uidear adsecutus fuisse.

§ III. Non actum ago. Nam fuit adhuc nemo *iureconsultorum*, qui ante nos hanc iuris spartam occupauerit ex *instituto*. De *tinctoria arte & coloribus* scripsit anonymus Gallus libellum utilissimum: *le* TEINTVRIER *parfait, ou l'art de teindre les Soys, laines, fils, chapeaux &c. la maniere de mettre en couleur le Cuirs, l'Yuoire, les Os,* — Scriptores de ARTE TINCTORIA & iure.

le Bois, le Verre; le Cristal &c. auec un traité des Droguès & ingrediens, qu'on y emploïe, du choix, qu'on doit faire & de leur culture, Parisiis 1716. in 12d. Quod opusculum iterum iterumque est recusum *Rothomagi, Berolini*, alibi. Breuior est anonymus alius auctor libelli: *instruction generale pour les teintures des laines & manufactures* Parisiis 1671. in 12d. In his quoque numeris illi sunt, qui de generibus mercaturae diuersis scripsere, *Ioh. Faust.* ab ASSCHAFFENBVRG *in cons. pro aer.* *Iacobus* SAVARY *dans le parfait negotiant*; *Paulus Iacobus* MARPERGER, uir harum rerum doctus & callens, meliori fortuna dignissimus omnino, in libris diuersis: *dem manufacturenhaus*; *kauffmanns-magazin*; *de arte tinctoria fundamentali*, opusculis aliis generis eiusdem. Post hos consulendi *physici* & *oeconomici* auctores BOYLE *de coloribus*; HOCH-

BERG

BERG *in Georgicis curioſis*; *Iul. Bernard. von* ROHR & ſimiles. Qui aliquid in *iure baſiario* definiuerint, nominari poſſunt nulli; ſed tamen curſim aliquid habent de eodem, illuſtris dn. director THOMASIVS de *iure colorum*; *Adrianus* BAYER de *iure opificum*; dn. PRAESES in *opifice exule in pagis* & forte alii.

CAP. I.

De *uerbis* uerborumque etymis & hiſtoria artis *baſiariae* in Latio.

VTi Romani elegantiam & cultum omnem debent Graecis: ita etiam geſtamina colorum eorumque nomina & artes, technica quaeque. Quod cum ita ſit, nihil te offendat inſcriptio hellenizans, in themate iuris Romani.

Latium omnia debet Graeciae.

§. 2. *Baſium* aut *baphium* uerbum eſt Graecae originis, donatum Latina ciuitate, ob *tinctoriam artem* e Graecis translatam in Latium. Nam βάπτω, eſt *mergo, immergo*, βαπτὸς *tinctus*, *colore* obductus ſeu infectus; ἄβαπτος *ſimplex*, res non obducta colore. Inde βαφὴ *immerſio*, tinctura, color; ἄβαφος *non tinctus*, uerum ſimplex; δίβαφος *bis tinctus*; κοκκοβαφὴς *cocco*, rubeo colore infectus; βαφεὺς *baptarius*, tinctor; βαφικὸς, βαφικὴ τέχνη *ars tinctoria*; βαφεῖον *tinctoria officina* ſeu *infectorium*, ut habet autor *etymologici M.* atque gloſſaria PHILOXENI & aliorum. Quod magis eſt, etiam βαπτίζω eſt *tingere, mergere*, obruere aqua: βαπτιστὴς *tinctor*, βαπτιστήριον *officina tinctoria*, balnearia. Quae uerba nunc ſenſus diuinioris.

Etiam artem & uerba rei tinctoriae.

Quale baſium.

a) in *legibus.* §. 3. *Baphii* siue βαφεὺς uerbum Latina ciuitate donatum idemque esse, quam tinctorem, illud constat ex legibus & auctoribus. In *l. 2. C. de murilegulis* Constantinus ait: *Baphii* (tinctores) *& gynaecii* (lanifices & lintearii) *pro quos priuata nostra substantia tenuatur* (quoniam tinctoriae officinae imperatoris solius, instar monopolii) *suffragiis abstineant* (se non immisceant alienis muneribus) *uel si contra hoc fecerint, gladio feriantur.* Et in *l 5. C. eodem* ubi purpurae *nundinae* prohibentur interdicunturque illis *baphia* siue *tinctoriae officinae.* Quae etiam habetur

b) Notitia Imperii, in *Cod. Theod. lib. X tit. 22. lege decima octaua.* Et cum imperator, hoc monopolii iure, plura habuisset *bafia* seu tinctorias officinas nobiliores, in *Phoenicia l. ult. C. de uest. holoueris, Tyria* EVSEBIVS *hist. eccles. lib. VII. c. ult.* aliisque prouinciis per *orientem* maxime & *nouem* in *occidente, uti* BVLENGERVS *de imperio R. lib. VI. c. 68.* cuique earum, praefectus fuit singularis, *procurator.* Inde est, quod in NOTITIA IMPERII *capite* LXXIII. sacrarum LARGITIONVM COMES *sub sua dispositione habuisse,* legatur cum *officiales,* ad fiscum principis pertinentes, alios: tum etiam PROCVRATORES BAFIORVM. Vnde *Guid.* PANCIROLO occasio, ut de munere & sparta *baphiorum* & eorundem procuratorum multa congereret ex auctoribus & legibus in *commentario* ad istam *notitiam p. 121.* Quae loca fere omnes exscripsere. Ceterum etiam *praepositi baphiis,* nostro more, dess faerber commissarii, men-

c) auctoribus latinis. tionem facit *Ael.* LAMPRIDIVS *in Alexandro seuero cap. 40.* uerbis, quae sequuntur: *Vestes sericas ipse* (Alexander imperator) *raras habuit: holosericas nunquam induit. Purpurae clarissimae non ad usum suum, sed ad matronarum, si quae aut possent aut uellent, certe ad uendendum grauissimus exactor fuit. Ita ut* ALEXANDRINA *purpura hodieque dicatur, quae uulgo* PROBIANA *dicitur, idcirco, quod Aurelius Probus,* BAPHIIS *praepositus id genus muricis reperisset.*

§. 4.

Qui noluerimus nomina 1) *infectoris?* 2) *tinctoris?*

§. 4. Requires tamen forte illud: quare *baphii* aut *basii* uerbo maluerimus uti, quam uocabulis haud dubie Latinis: *infectorii, infectoris, tinctoriae* artis, cetera? Repono. Maluisse nos in iuris argumento ac themate loqui cum *legibus*, quam cum uulgaribus Grammaticis. Exemplo quidem theologorum, qui uitio uerterunt Latinis patribus, quod, loco uerbi, *baptizo* te, dicere maluerint: *Ego mergo aut* TINGO *te in nomine patris,* cetera. Nam technica uerba praestat retinere, usu semel recepta, quam adfectare formulas Latiniores. Propterea etiam *basia* scripsimus littera *f.* licet Graeca βαφὴ aliaque recitauerimus supra, unde per *ph* uox scribenda esse uideatur. Nam desuefieri debet *basii* aut *basiae* uox ab indole Graeca omnino, ut semel Latio donata, in eodem etiam nata esse uideatur.

Verborum in *uernacula* cum his harmonia.

§. 5. Vti autem saepius *dn. praeses* ostendit alias, si non omnes linguas, certe *Graecam, Latinam* & *Germanicam* conspirare inuicem miro quodam concentu: ita uerbum *tingere* & *tinchen* in uernacula habeo pro iisdem. Imo βάπτω & *papen* sibi & litterarnm elementis & significatibus uicina esse uocabula, non dubito adfirmare. Certo hinc argumento, omnes mortales, aut hosce tres populos minimum, unum vti parentem, ita magistrum linguae unum habuisse.

Romae TINCTORVM ars a) *antiquissima.* b) singulari *tribu* honorata.

§. 6. Ceterum est, per iura Latii, *tinctoria ars* inter antiquissimas. Nam scribit de *Numa* rege PLVTARCHVS p.71. quod diuiserit ciuitatem per artes: αὐλητῶν *tibicinum*; χρυσοχόων, *aurificum*; τεκτόνων, *fabrorum*; βαφέων, tinctorum; σκυτοτόμων, *sutorum*; σκυτοδεψῶν, *coriariorum*; χαλκέων, *aerariorum*; κεραμέων, *figulorum*, reliquas artes, pretii uilioris, coegisse in unum. Vnde patet principio BAFIORVM collegia floruisse Romae tempore antiquissimo; deinde *basios* habuisse ius singularis *tribus*;

tum

c) uulgaribus praelata opificiis. tum *basios* opificibus uulgaribus iure praeferendos eosque habuisse ante alios praecedentiam & *προεδρίαν.*

Incrementa TINCTORIAE artis ex *coloribus maiestati* propriis. §. 7. Creuit tamen auctoritas *basiorum* ex eo maxime, ex quo *reges* Latii, tum *magistratus*, post etiam Caesares *maiestatem* distinguerent adligarentque *coloribus. Purpurae* scilicet & *encausto:* adeo, ut *purpurea* uestis esset nonnisi imperialis: *encaustum* uero imperialis scriptura. Vtrumque *colorem* finxere ideo sacrum & sanctum, ut capitis poenam subiret subditus, qui illo uel *uestem* tingeret uel *calamum*, ut clara est *l. uellera 3. C. de uestib. holoberis* atque *l. 1. fucandae C. quae res uenire non possunt.* Imperialis *numinis* habuere ideo reum Caesares pagani: quod Christiani rectius crimine *laesae maiestatis* notauerunt, uti constitutio extat in *l. 18. C. Theod. lib. X, tit. 20 de purpurae nundinis prohibendis.*

Qui *indulti* quandoque *subditis* etiam. §. 8. Caesares tamen, ab adparatu, luxu & ceremoniis alieni, qui esse maluerant, quam uideri, hos *imperiales colores* tanti non habuerunt, quin indulgerent has offucias inanes subditis matronis in *uestibus*, imo uiris etiam in *segmentis;* uoluere tamen, ut maximi emerent illi hanc indulgentiam. In qua ALEXANDRI SEVERI nobis exemplum satis est, descriptum a LAMPRIDIO in illius *uita c.36 40. Dicens* (Alexander) *imperium in uirtute esse, non in decore.* PVRPVRAE *clarissimae non ad suum usum; sed ad matronarum. Certe ad uendendum grauissimus exactor fuit.* Id uult scriptor: Alexandrum Caesarem *purpurae basios* aestimasse maximi, imo, ut *ars basiaria* siue *tinctoria* cresceret, uoluisse. Non eo tamen fine, quod ipse delectaretur purpurae gestamine; sed ut maximi uenderetur aliis eadem a comite commerciorum.

BASIORVM INSIGNIA publica. §. 9. Tantum igitur abest, *basiorum* artem loco fuisse uiliori, ut potius comiti *sacrarum largitionum* commendarentur parerentque *procuratores basiorum.* Quem

Quem eius ſigillatim muneris etiam admonuere inſignia peculiaria etiamnunc conſpicienda in NOTITIA IMPERII cap. 74. Deſcribit quidem illa dubitanter PANCIROLVS *commentarii p.116.117.* his uerbis; *ad ſiniſtram* CISTA (conſpicitur in inſignium numeris Comitis largitionum) *radios, ſurſum erectos, continet. Haec textrinae inſtrumenta indicat uel metaxae ſerici, quorum procuratores* COMITI *largitionum parebant.* Fruſtra ſe torquet huc & illuc Pancirolus. Nam res ipſa docet, inſigne hoc tinctorum fuiſſe non ciſtam, ſed *corbulam,* in quam relatae *metaxae, e ſerico aut lana filorum, murice tinctorum, faſciculi erecti & ex corbula eminentes.* Quibus hodieque uti ſolent noſtri mercatores in uendendis filis, colore tinctis. Dem gefaerbten garn; *ſtrelgen.* Quod ſi enim *tinctoria* fuiſſent *inſtrumenta,* non omnia ſibi forent aequalia. Vt tamen conſpiciuntur. Nam ſericum aut lana primum *tingenda;* deinde redigenda in *fila;* demum *texenda* fuiſſe, conſtare poteſt ex *l. 10. lotas C. de muril.* & aliunde. Ceterum cum *Marcianus* iureconſultus *metaxam* referat inter res uectigales *l. ult. D. de public.* de eius uero ſignificatu admodum ſolicitus eſt Iac. Gothofredus ad *l. 13. C. Theod. de murileg.* Qui NICEPHORVS *lib. XVI. hiſt. eccleſ. c. 32.* ſcribat, demum IVSTINIANI tempore *metaxam* ex India allatam fuiſſe Conſtantinopolin, illud uideant indicentque alii. Meum non eſt, in his colorum rerumque generibus otium perdere. Sed quis crediderit, fieri potuiſſe, in tanta Byzantinorum ſcriptorum foecundia & ubertate, ut ſignificatus amitterentur uerborum de *rebus & coloribus palatinis?* Extantibus tot circa haec talia ſanctionum formulis in titulis *C. de murilegulis; de ueſtibus holoberis; quae res uenire non poſſunt,* cetera. Sed iureconſulti, iura tractare ſolent opificiaria, rebus ipſis relictis opificibus uel comitibus & procuratoribus commerciorum. Atque hi cum ſua uſu conſeruent, non litteris; facile euenit, ut

B ars

ars intereat cum artificum morte. Quod cum in his etiam ueſtibus ac coloribus palatinis ita contigerit: nulla reſtitutionis ſpes ab hominibus litteratis. Hodie minus, cum fugerint haec talia ſui etiam aeui *iureconſultos*, ſcientia, arcani inſtar, reſeruata *baſiis* ipſis. Ideoque, ſi *tinctor* fuerit litteratus adpuleritque ad hos titulos explicandos animum: non dubitarem de ſucceſſu meliori. De *iureconſultis* interim dici hic omnino poteſt: quod de *coloribus* hiſce iudicent *caeci* perdantque ita oleum & operam.

Propoſitio *iuris tinctorii* differentiarum. §. 10. In *iuribus* autem *baſiorum* aeſtimandis ſequimur *dn. praeſidis* inſtitutum in *Latii & Germaniae differentiis*. Ita enim fiet, ut reipublicae utriusque *leges baſiarias* moresque adſequamur rationibus exemplisque, auitata utriusque iurisprudentiae perturbatione.

CAP. II.

De iure perſonarum.

DIFFERENTIA I.

De *tinctoriae* artis *aetate*.

I. R. aetas uetuſta. R*Omano iure* BAFII ſeu *tinctores* inter opifices uetuſtiſſimos (1): I. G. recens. *Germani* autem uti ſimplici uictu, ita etiam ueſtitu uſi ſunt, nullo colore tincto: ſed natiuo & ἀβάφῳ (2).

Tinctores *Latii.* (1) Nam inter *tribus* collegiaque opificum a NVMA rege inſtituta munitaque priuilegiis etiam recenſentur BAPHII, quod habet PLVTARCHVS in uita *Numae*, quem audiuimus ſupra *cap. I. §. 6. p. 7.*

(2) Nam

(2) Nam constat de *Germanis*, quod *pellibus* usi sint, instar uestimentorum. Non consutis aut arte subactis; sed crudis & fluitantibus per humeros. Foeminas autem *linteis amictibus* uelatas, fuisse. Ex plebe homines egisse nudos; sine pudore & laesione uerecundiae. Tria tamen notat TACITVS de *M. G. c. 16.* quod tinctorii est argumenti. Primum quod *capillos rutilos* adfectauerint, obductos colore. Deinde quod *opulentiores* uestibus delectati *uersicoloreis.* Demum, quod *matronarum* quoque *ornatus purpura.* Sed facile est, ad intelligendum, hos mores debuisse ciues nostros *fucato Latio* eiusque corruptelis, quibus patria nostra deinceps infecta est uersaque in peius. In Germania.

DIFFERENTIA II.

De TRIBV tinctorum.

ROm. iure TINCTORES inde a *Numae* aeuo accepere iura collegii & TRIBVS singularis (2): *Germanico iure* uti opificia omnia, ita *basiaria* seu tinctoria ars principio penes seruos. Anno autem IↃCCCCXXV. demum collegia opificum instituta (4). Dubium, si aetatem spectes, quae *tinctorum tribui* debeatur sigillatim. Nam hodieque illi duarum classium. Altera sortis *uulgaris*, der *schlecht* oder *schwarzfärber* (5) altera *eximiae* der *schoenfärber.*

I. R. in tribu.

I. G. duorum generum 1) uulgares,

qui in tribu. 2) eximii non.

färber. Vltimi *bafii* hodieque in nulla *tribu.* Quod certiſſimum argumentum; eorundem artem eſſe in Germania nouam ac liberalem, cum olim patria acquieuerit uulgaribus ſolis, der *ſchwarzfärber:* quibus poſt demum acceſſerint *inſigniores* & ordinis eminentioris die *ſchoenfärber.* Imo uenerint hi in Germaniam ex Galliae forte aut Belgii prouinciis: ubi exulant apud opifices *tribunitia* iura, mos ille *Teutonicalis* (6).

Sed etiam in tribum coacti.

Quae diſcrimina cum expenderent *comites commerciorum* regis *Poruſſiae:* conducerentne illa reipublicae, an minus? conſtitutione *regali* anno CIↃ IↃ CCXVII. utrumque genus *baſiorum* coniunctum eſt atque coactum in unam *tribum*, omni diſcrimine deinceps ſublato prorſus (7).

Non tamen ubique.

In aliis autem Germaniae prouinciis *tinctores eximii* hodieque permanent ſine *tribu.* Imo indulgetur & hoc

merca-

mercatoribus; ut conducant extra tribum operas *uulgarium* tinctorum in tingendis *pannis* linteis & *lanis* suo instituto. Qui, quod nulli *tribui* adscripti, haberi solent instar conductorum seruorum audiuntque ideo non *magistri tinctores*, *färbermeister*: sed operarii; in uernacula *färberknechte* (8).

3) faerberknecht.

(3) Numam enim regum Latii primum fuisse, qui, iuxta militaria studia, quibus tum unice operam nauauerant Romae ciues, etiam *opificia* ciuibus commendauerit, dederitque iura collegii, illud quidem ex instituto docuit *dn. praes. in opifice exule in pagis different. I. c. 1. §. 2. p. 10.* Atque in his *collegium basiorum* statim Romae fuisse, auctor est PLVTARCHVS *in Numa*.

Tribus tinctoria Romae.

(4) Vti plene planeque *dn. praeses* ostendit firmauitque sententiam testibus omnis aeui idoneis *in opifice exule in pagis differ. I. cap. 3. §. 2. p. 12.*

Sera in *Germania*.

(5) Vulgares die *schlechtfaerber* haud dubie audiunt ideo, quod simplici & *uulgari* utantur materia colorum. Deinde adpellantur etiam *schwarzfaerber* a colore communi ac infimi gradus. Imo quod colore tincta *poliant* erugentque; dicuntur quoque *mandler*. Si aetatem requiras, hi alteris omnino habendi pro uetustioribus, in patria minimum, quae *uulgaribus coloribus* studuit tantum: res autem, *nobilioribus* tinctas, accepit ex *Gallia*, *Belgio*, *Italiaque*, maxime a *Venetis*, ubi *eximiorum tinctorum* ars florentissima. Quod cum ita

Tinctores *trium* generum
1) VVLGARES.

 sit,

fit, *uulgares tinctores*, uetuſtatis ergo, quam in patria habent, deſpicere ſolent *eximios*, quos homines *nouos* & peregrinos dicunt, nullaque honoratos tribu aut collegio.

2) tinctores EXIMII.

(6) EXIMII tinctores, die *ſchœnfaerber* ideo adpellantur hoc nomine, quod *coloribus* tingant *pulchrioribus* eximiisque. Hi cum uenerint ex aliis regnis in Germaniam, adhuc *tribui nulli* ſunt adſcripti. Nam *tribus opificiarias*, die *handwerks - zünfften*, *handwerks - brauche* referendas eſſe nonniſi ad mores *Teutonicales*, ſingulari opera oſtendit docuitque ex diplomatibus *dn. praeſes in opifice exule diſſer. I. c. 3. §. 5.* Licet illas ipſi coluerint olim Romani. Cum uero, *opificem* ſine *tribu* agere, in Germania idem ſit, quam non eſſe in numero ac ordine: igitur etiam *infectores eximii*, die *ſchoenfaerber* iura acceperunt legesque *tribunitias*. Nunc ſingulares, ut alicubi: nunc uulgari tribui *acceſſorias*. Et, ne inter ſpartae unius ſocios aemulatio regnet: utrumque diſcrimen eſt e medio reipublicae ſublatum.

DISCRIMINA inter tinctores 1) *uulgares* 2) *eximios?*

(7) Vt in epitome habeas *uulgarium* & *eximiorum* tinctorum diſcrimina: aliqua hic recitabimus. Nam *uulgares* ſunt *tribunitii*, in uernacula *zünfftig*; *eximii* autem ſine tribu collegioque agunt exercentque ſuam artem, ut lubet *Adr.* BEYER *de magiſt. opific. cap.* VIII. *n. 108. 212. 223.* *Vulgares* colorum materias habent nonniſi *uulgares*: *eximii* nonniſi praeſtantioribus utuntur, *iſatide*, mit *weyde*, herba illa colorifera. *Primi*, iuxta *baſiariam artem*, habent quoque ſpartam *erugandi* & *poliendi* machinis, die *mandeln*: quibus carent *eximii*, qui *lintea* & *lanas* ad erugandum potius mittunt uulgaribus. *Vulgares* carent *phiala*, der *küpe*; qua *eximii* utuntur ad corroborandum coloris rerumque nexum. Etiam *uulgares* lintea indurant glutine efficiuntque in uernacula *ſtarrleinwand*; a quibus operis abſtinent eximii, cetera.

(8) Nam

(8) Nam ſunt quidam ciues opulenti, qui ſibi acquirunt inſtituuntque *baſiarias officinas*, licet ipſi *tinctores* non ſint. Alunt uero conducuntque ad has operas pro mercede hebdomadaria homines, tinctoriae artis non imperitos ad eam exercendam. Hi uti loco habentur ualde abiecto; cum uiuant ad nutum ac iuſſum eorum, qui illos locarunt, ideo dici ſolent *faerberknechte*. Sed de iure hoc quorundam hominum, qui inſtituunt habentque *officinas gentilitias*, ſtatim erit dicendi locus in differentia ſingulari. 3) SERVI baſiarii

DIFFERENTIA III.

De *baſiis* GENTILITIIS

I*Vre Romano* BAFIARII *naſcuntur*, neque enim licet, officinas *tinctorias* relinquere parentum, liberis (9): *Germanico iure* nemo cogitur tinctor uel eſſe uel permanere ac immori. Inſtar tamen iuris praecipui habent familiae quaedam, ut *tinctorias officinas gentilitias* colant poſſideantque, inſtar priuilegii ſingularis. Ne *baſiariae artis* arcana euulgentur (10).

Tinctores 1) *adſcriptitii.* 2) *liberi.* 3) *gentilitii.*

(9) Eſt hoc admodum ſingulare, ſed facile ad intelligendum, quare Romano iure cautum ac praeceptum: ne 1) BAFIARII ſeu tinctores 2) *gynaecii* ſeu lanae & lintei ductores 3) *textrini* 4) *murileguli*, illi qui conchas, *murices*, animalcula legunt, lachrymantia purpuram

Tinctores 1) ADSCRIPTITII.

5) *baſta-*

5) *baſtagarii* ſeu aurigae, plauſtrarii rerum annonae militaris 6) *monetarii* 7) *lymphiarii* etiam, qui praeparant purpurae colores cuſtodiuntque, ullo unquam tempore uel ipſi uel liberi eorundem artem, quam colunt, relinquant; ſed permaneant tinctoriae officinae *adſcriptitii* aeternum. Imo ſi *foemina*, etiam nobilis, nupſerit *tinctori:* eadem pariter fiat cum liberis ſuis officinae adſcriptitia. Non opus eſt, ut conducamus hic teſtes. Loco eorundem clarae ſunt *leges 1. 2. 5. 7. 11. 131. 15. C. de murilegulis & gynaeciariis & baſtagariis.* Quas fere omnes cum etiam exhibeat *codex Theodoſianus lib. X. tit. 20.* eas luculento commentario illuſtrauit humaniſſimus iureconſultus *Iacob.* GOTHOFREDVS, cui adiungendus BVLENGERVS in *imperio Rom. lib. VI. c. 68.* quod eſt de *baphiorum procuratoribus* ſcriptum ſigillatim. Requiris cauſam ſanctionis, ſub poenis grauiſſimis ultimoque ſupplicio? Fuerat illa haec: quoniam intererat imperatorem, ut *officinae baſiariae,* quae ſibi uendicauerant, inſtar monopolii atque unde tanti reditus acceſſerant fiſco Caeſareo annuatim, in flore cultuque eſſent; artis arcana non enulgarentur proderentur que uel ſubditis uel populis extraneis, ut etiam ipſi eandem poſſent imitari. Ita etiam factum eſt, ut, qui *purpurae* geſtamine praetextaque uti uellet uel *Romae* uel in prouinciis uel in populis extraneis prorſus, eam redimere poſſet a nemine, quam a Caeſare eiusque *baſiariae officinae praepoſito & procuratore.* In Germania, ueteri inſtituto, pariter cautum illud de *monetariis officinis* certae familiae adſcriptis, conuentione iuſſuque principali. Quod exemplis in *Marchia* BRANDENBVRGICA docuit dn. PRAESES in *tomi VII. reliquiarum praefat. §. 19. p. 45.*

Tinctores 2) VOLVNTARII.

(10) Licet conſilii rationes uelint, ut liberi permaneant in uitae genere eodem cum parentibus, a quibus poſſunt erudiri & imbui in opificio a teneris unguiculis; inde-

indeque etiam ſit illud, ut praecipui iura plurima habeant *filii opificum* & *generi*, *meiſters-ſœhne* und die eines *meiſters tochter heurathen:* cogitur tamen noſtro iure nemo, quin migret *opificium* paternum mancipetque ſe opificio generis alius. In hac urbe autem uideas, *ſalis coctores* naſci, die *hallorum*, *halleute*; quorum liberi raro aliis opificiis ſe dant raroque connubia contrahunt cum extraneis, auſſer der *brüderſchafft*, auſſer dem *thal* mit *ſtattleuten* ſich verheurathen. Sed datur hoc moribus ac retinetur illis, nonniſi pudore, nulla lege cogente. Illud tamen eſt titulo C. de *murilegulis* uicinum: *quod coctores ſalis iureiurando teneantur, ne uel coquendi artem, Halae propriam, prodant exteris maxime*, in tanta fontium ſalſuginoſorum multitudine. Verum hodie ſuperare ſolent *Halenſium artes* ſalinarias alii. Exemplo *Schoenebeccenſium officinarum* in Magdeburgi uicinia. Quod ſtupeas omnino, ſi expenderis, qua arte parcant ibi ſalinatores *operis* & *lignis* in ſale coquendo & exſiccando. Quod utrumque noſtri, priſtini moris tenaces, profundunt fruſtra. Sed dicunt, uiuere tamen ex operis, multiplicatis fruſtra, plurimos homines. Quaſi ſit haec uirtus & prudentia liberalis: diſtribuere centum hominibus ſalaria, ut laterem lauent.

DIFFERENTIA IV.

De tinctoriis MONOPOLIIS.

IVre *Romano* PVRPVRAE tinctores nonniſi in IMPERIALIBVS *officinis*, quarum *procuratores* plures praepoſiti *baſiis* in *oriente* ac *occidente* diſperſis per diuerſas *prouincias*, ſigillatim nomi- Baſia 1) *Caeſarum.*

a) *priuatorum.*

natas in NOTITIA IMPERII (11): *Germani* relinquimus hanc artem ſubditis (12). Cum tamen *lanificii, pannificii, baphii*, exercendi ſimul, quantum neceſſitas requirit aut ſufficit reipublicae, maiores impenſae requirantur, quam ferre licet priuato, BEROLINI an. CIↃIↃCCXV. *officina baſiaria publica* inſtructa eſt, iuſſu auguſtali, ut iamnunc *pannis* uti nobis liceat praeſtantiſſimis, domi factis tinctisque, quos olim accepimus ab extraneis prouinciis (13).

BASIA IMPERIALIA in a) *oriente.*

b) *occidente.*

(11) Vti NOTITIA IMPERII, cum imaginibus, in duos *tomos* diſtincta: ita *primus* officiales recenſet in ORIENTE; alter in OCCIDENTE in iisque cum *officinas baſiarias*, tum praepoſitos & procuratores. *Baſia* imperialia in *oriente* deſcribuntur *tom. I. c. 74.* uerum in *occidente* tom. II. c. 39. Panzirolo interprete. Verba loci ultimi ſunt haec: PROCVRATORES BAPHIORVM. I. *baphii* TARENTINI *Calabriae* II. SALONITANI *Dalmatiae* III. CISSENSIS *Venetiae* IV. SIRACVSANI *Siciliae* V. AFRICANORVM *uariorum* VI. GIRBITANI, *Tripoli* VII. *inſularum* BALEARIVM *in Hiſpania* IIX. TELONENSIS *in Gallia* IX. NARBONENSIS *in eadem.* Quod cum ita ſit, eſt omnino facile ad intelligendum, purpurae tinctae ac uenditae tum maximam fuiſſe uim. Cum matronae & uirgines praeſertim *purpurae geſtamine* captae & faſcinatae ſint, Germanorum exemplo, ut TACITVS

CITVS habet de M. G. *c. 16.* per uniuersum propemodum orbem. Vulgarium uero colorum tinctores a reliquis opificiis nihil habuere praecipui aut singulare.

(12) Imo inuitamus *opifices* quosque tinctores, propositis immunitatis temporariae priuilegiis, ut *tinctorias officinas* in urbibus instituant, in quibus illae non inueniuntur aut desiderantur. Edictum PORVSSIAE REGIS an. CIↃ IↃ CC XXIV. iteratum saepius ac iterum, hoc fine publicis inscriptum litterariis nouellis: ut tinctoribus pateant prouinciae & urbes, ad habendum aedes, ligna, officinas instituendas cum lege prohibitoria; ne lintea aut lanae tingendae dentur extraneis, sed merces soluatur tinctoribus intra moenia & limites cuiusque urbis aut territorii. *Bafia* priuata.

(13) Est hoc *opus* omnino *stupendum* & admiratione dignissimum: quoniam in hac officina non solum *panni* texuntur praestantissimi, Anglicis & Belgicis non multum inferiores: sed etiam ardentissimis florentissimisque mergi ac *tingi* solent coloribus, intermorituris nonnisi cum re ipsa. Idque omne tanta copia, ut non solum octoginta millia *militum* inde habere possint *uestes:* sed fere sufficiant panni textiliaque etiam prouinciis. Vnde facile est ad intelligendum & computandum, quanta aeris ac nummorum uis domi nunc conseruetur, quae expensa olim foris, in regnis & prouinciis extraneis. Diuinum consilium, *accepta expensaque* in republica uocari sub incudem. Sua iam aetate *Fridericus Wilhelmus,* elector an. CIↃ IↃ C LXXXVII. die 30. Martii mensis constitutione singulari inuitauit *bafios* ad se in prouinciasque suas: *gleichwie es [illegible] zum 22. an deme, daß die manufacturen der tücher durch gute schönfärbereyen in merckliche auffnahme, und die handlung zum guten wachßthum gebracht werden könne, alß müssen die kaufleute, gewandschneider,* Bafium BEROLINENSE.

 und

und die gewercke der tuchmacher an denen orten, wo noch zur zeit keine seynd, einige anzurichten und gute färber darinn zu verschaffen, ihnen äuserst angelegen seyn lassen. Gestalt wir dann diejenige, welche die kosten darzu herschiessen, mit gewissen privilegien und freyheiten zu versehen, uns gnädigst erklähren. Wir verbieten auch zugleich alle suscher-färbereyen derjenigen so diese kunst nicht bey tüchtigen meistern gelernet, und ihre lehrbrieffe darüber zu produciren haben, hiermit ernstlich, so viel nehmlich die tücher betriefft welche an handelsleute oder gewandschneider in gantzen stücken verkaufft werden sollen; Wann aber die tuchmacher zu ihrem eignem außschnitt selbsten einige backen, wie sie solche loß zu werden vermeinen, färben, wird solches zward denenselben verstattet, jedoch daß ein gestempelt bleyloth mit einem zepter und diese worte : zum aussschnitt, *daran gehangen werde.* Hactenus constitutio.

DIFFERENTIA V.

De *basiorum* HONORIBVS.

Tinctores 1) *serui.*

ROmano iure uti tribus opificiariae omnes sine ullo honoris gradu, ita etiam *basiis basiorumque* collegiis non plus uidetur esse tribuendum (14).

2) *ingenui.*

Contra apud *Germanos opificiariae tribus honoratae* sunt omnino, *erbare handwercker*; imo quod *basii* referantur inter *opificia liberalia*, die *geschenckte handwercker*, illis primae deben-

debentur omnino prae aliis (15). Quod uero *eximii* tinctores adſcripti tribui nulli, illi adfectant liberalium artium priuilegia (16).

3) *honorati.*

(14) Romae *tribus opificum* non fuiſſe honorificas, quod ſeruos habuerint collegas, dn. PRAESES oſtendit *in opifice exule differ. II. c. 1.* Neque putauerim, plus dandum fuiſſe tum *baſiis.* Certe *l. 3. C. de murilegulis* conſtitutio eſt haec: *ingenuae mulieres, quae ſe gynaeciariis* (idem de baſiariis officinae adſcriptitiis dicendum ex cauſa eadem) *ſociauerint, ſi conuentae denuntiatione ſolenni,* SPLENDOREM *generis* CONTVBERNIORVM *utilitati praeferre noluerint, ſuorum* MARITORVM (baſiorum contubernalium) *conditione teneantur.* Nam *baſiarii* adſcripti fuerant officinis ſuaeque arti, quam nullo unquam tempore poterant uel ipſi uel liberi eorundem deſerere. Vt dictum *differ. III.* Quod cum durum eſſet, pro *adſcriptitiis* habiti & adſcriptitii prope abfuere a conditione ſeruorum. Inde opponuntur *baſii* hominibus *ingenuis;* dicuntur, eorundem mariti, *contubernales;* uxores earundem, ſi ingenuae, *decus natiuae libertatis* amittunt *l. 7. edicimus C. de murileg.* cetera. Sed hae leges tantum ſcriptae *tinctoribus* adſcriptitiis atque gentilitiis purpurae, non aliis, qui iure opificiario communi regebantur.

Baſii ADSCRIPTITII inſtar ſeruorum *Romae.*

(15) Cauſam diſcriminis inter *opificia* honorata, der *geſchenckten handwercker* & tribus *uulgaris*, der *gemeinen zünfften,* oſtendit dn. PRAESES *in opifice exule differ. II. c. 2. §. 2. p. 36.* Cum enim *tinctores* fuerint inter primos, qui adſcripti urbibus & collegio honorato, cum opificibus aliis tum locus adhuc in uillis & pagis: primi ante ultimos *praecedentiae* locum omnino mereri uidebantur.

Tinctoribus *tribus* HONORIFICAE.

Quem ſuſtinet hodieque in illis oppidis praeſertim, quae tinctorias officinas habent florentiores. Nam uti *praecedentiae iura* poſitiua ſunt & uoluntaria, cum naturae decreta omnes habeant aequales; ideo mirum non eſt, uariae illa diuerſaque reperiri in rebuspublicis diuerſis. Vt ſcilicet quaeque aliis atque aliis opificiis magis opus habet utiturque ad commoda, reditus adaugendos, incrementaque generis alius. Etiam illius ſenſui aliquid dandum, penes quem eſt rerum ſumma, ut gaudeat eodem in claſſibus ab ordinibus ſubditorum uel extollendis uel reiiciendis ultimo loco. Hoc iudicio legi omnino debent REBVFFIVS ad *l. qui aliquem C. de murileg.* & CHASSANAEVS in *catalogo gloriae mundi:* qui ueri ſunt in Galliae emporiis, operis *tinctorum* celeberrimis. Quod enim *pictorum* iura aliqui exiſtiment habeantque baſiis uicina: in eo agunt nihil. Cum *pictorum* non ſit *tingere*; ſed *pingere*, id eſt, delineatione, luce & umbra imitari naturam &, quantum fieri poteſt, referre. Ceterum, quod *opificiariae tribus honorificae*, intelligitur etiam inde, quod in *arte infectoria* nequeant tyrocinia ponere *ſerui, homines proprii* aut iſtis non meliores *Venedi, illegitimarum* natalium, *infames*, notati leuis notae macula, cetera.

Praecedentiae iura.

(16) Omnia *opificia tribunitia* Germanico iure *liberalia* ſunt, id eſt, homine libero & ingenuo digna. Sed mores fecerunt ius ex aduerſo; quod opifices, in *tribum* non coacti, perhibeant, inde ſibi eſſe aliquid praecipui. *Sie wæren eine freye kunſt und profeſſion, die keinen zünfften unterworffen.* Ergo hi tribunitia iura habent inſtar alicuius iniuriae. Sed errant. Nam principio *tribuum*, in Germania circa annum 925. indultarum, iisdem ſibi opus eſſe crediderunt opifices illi, qui operas deſpici & uiliſſimo loco eſſe, imo a ſeruis tractari uiderunt. Quod illae ſecum traherent ſorditiem ſiue, quod eſſent artificii

Tinctores qui opificii liberalis?

ficii

ficii nullius, quas ingenia etiam tractare possent stupidissima. Quo ergo opificium quodque uel sordidum magis uel leuius & artis nullius; eo magis opus ei fuerat honore tribus, quo tueri se posset aduersus despectum & studia seruorum. Contra, ubi operarum elegantia & artis difficultas aut multae impensae; ibi nullus metus uel ab imitatore seruo uel a contemptore artis. Igitur frustra esse uidebatur, tribu honorare *pictores*, *musicos*, *geometras*, *librarios*, *mercatores*, cetera. Sed aliud iudicium ferendum de artibus nouellis, exempli loco *capillamentorum magistris*; qui ante tribui non adscripti, quam exigeret hoc in capillamentorum frequentia, reipublicae utilitas. *Eximiis* ergo *tinctoribus* ex eo etiam tempore indultae *tribus*, ex quo eorundem creuere numeri & adfectatio colorum eminentioris gradus. Illud hac occasione etiam solent requirere: *num basio eximio fas sit, accingere gladium?* Iure *Romano* nemo *gladiatus*, nisi *miles*, *lictor* aut *sicarius*. *Germanico* iure uti *duella* indulta *nobilibus* in sago ac toga: ita utrisque datum, incedere cum ferro. Exclusi igitur hoc iure reliqui ciues omnes. Sed omnia miscet seculum. Creditur enim *gladius* hodie symbolum *honoris*, maioris aliquantum, quam hominibus ex opificiaria tribu. Inde adfectant eundem adrogantque sibi *mercatores*, *scribae*, *musici*, *pictores* cum iisque TINCTORES EXIMII. Sed tamen sine ulla idonea causa, si respexeris ad rationem ac originem, Germaniae propriam. Inde nihil iniqui habet, si *lex gladii iura* seruet sagatae ac togatae seu litterariae *nobilitati*; alios ciues inuoluat palliis aut iubeat, satis esse illis uestimenta. Vnde etiam in nonnullis *academiis* illud cautum lege: *abstineant gladii gestamine chirurgi*, *mercatores*, *typographi*, *bibliopegi*, *reliqua*. Relicto ferro litterarum tantummodo studiosis.

Num honoris esse 1) in *tribus?*

2) gladiatum?

CAP.

CAP. III.

DE IVRE RERVM.

DIFFERENTIA VI.

De PVRPVRA Latii & noſtra.

PVRPVRAE Latii genera ex 1) *murice* 2) *blattis.* 3) *calche,* herba. 4) *cocco.*

CElebrant *Latii iura* PVRPVRAE colorem, coctum productumque in *baſiis* ex *murice*, conchulae ſpecie(17); ex *blattis* & *oxyblattis*, id eſt uermiculis (18); ex *herbulis* ac floſculis (19); ex *coccygino*, quod arboris *coccygeae* (20) & forte etiam aliunde. Vulgo credunt, *purpuram* hodie accenſendam rebus deperditis (21). Sed tamen hodieque, in PVRPVREO COLORE conficiendo, noſtris tinctoribus ad manus COCCIONELLA, *cochinella*, uermiculi genus (22); POLYGONVM, *S Joh. blut* (23); ISATIS, *waid* ad *praeparandum*, ſi non *perficiendum*, genera *herbularum* diuerſa (24); ALKERMES, *ex arbore kermesbaum* ſiue *ilice*, terrarum ſub zona torida ſitarum, quae ideo audit *coccifera* & *cocciglandifera* (25). Quod cum

PVRPVRA aeui noſtri ex 1) *cochinella.* 2) *polygono.* 3) *iſatite.* 4) *cocco.*

cum ita ſit, gerrae ſunt, *purpuram* deperditam. Niſi requiras *murices*: ſed his lachrymis porro opus non eſt; cum illas reſtituant nobis, meliori luce, *flores*, *herbae*, *arbores* & his defixi *uermiculi*. Haec ſententia mihi, quam aeſtiment ſua cenſura peritiaque tinctores.

(17) Plenior hic aliis eſt VITRVVIVS *lib. VII. de architectura c. 13.* OSTRVM *excipitur e* CONCHILIO MARINO, *e quo purpura inficitur. Quod habet non in omnibus locis, quibus naſcitur, unius generis colorem. Sed ſolis curſu naturaliter temperatur. Itaque quod legitur in Ponto & Gallia, quod hae regiones proximae ad ſeptentrionem, eſt* ATRVM; *progredientibus inter ſeptentrionem & occidentem inuenitur* LIVIDVM. *Quod legitur ad aequinoctialem orientem inuenitur* VIOLACEO *colore. Quod meridianis regionibus excipitur* RVBRA *procreatur. Ea conchylia cum ſunt lecta, ferramentis circa* SCINDVNTVR. *E quibus plagis purpurea ſanies, uti* LACHRYMA *profluens, excuſſa in mortariis, terendo comparatur. Et quod ex concharum marinarum teſtis eximitur, ideo* OSTRVM *dicitur.* Huic loca iungenda PLINII *lib. IX. c. 11. & lib. XI. cap. 37.* quae illuſtrauit doctus *Harduinus* & ante illum *Salmaſius*. Vti uero noſtri inſtituti non eſt, enumerare hic genera *concharum* aut *muricis*, unde *purpurae* uel lachryma uel ſputum uel ſanguis: ita non crediderim in *muricis* & *concharum* purpurearum tantis olim numeris per *Europae*, *Aſiae* & *Africae* loca maritima, ut deſcribuntur, hodie *murices* deſiderari prorſus. Siue quod *murex* penitus *ignotus* ſit PVRPVRA I) EX MVRICE & *conchis*

D ſiue,

siue, quod *sectio uenae* ignota, unde emanet purpurae sanguis siue, quod ignotum *tempus*, quo murex sanguinem illum uel euomat uel iterum deglutiat misceatque suae lymphae. In tanta *rei nauticae* celebritate; in commerciorum flore tanto; in tanta *conchilegulorum* multitudine & *adparatu*, quem multis impensis cogere solent principes ac uiri alii, harum rerum curiosi; in tanta peritia physicorum & luce historiae naturalis: mihi certe ne opinabile quidem, multo minus credibile est, MVRICES augustales nostrum aeuum fugere posse. Illud autem credo potius, quod *basii* nostri spernant hunc *colorem* ex *conchiliis* & *murice* imperatorio; cum clariorem & praestantiorem longe praeparent ex herbulis, flosculis, arborum succu, animalculis, nominandis inferius.

PVRPVRA 2) ex BLATTIS. (18) *Blattam* pro *purpura* dixere, SIDONIVS *lib. IX. ep. 13.* EVTROPIVS *lib. VII. c. 9.* Inde *blattifer*, purpura indutus. Et inprimis legi meretur THEODORICI regis ad procuratorem siue *praepositum basis* apud CASSIODORVM *lib. I. ep. 2.* ut maturet, *purpuram* mittere *regi* purgetque neglectum & moras, in quibus fuerit peccaueritque instar *sacrilegii*. Verba sunt: *Quod si te salutis propriae tangit adfectus, infra* definitum *diem, imminente tibi harum portitore, cum* BLATTA, *quam nostro cubiculo dare annis singulis consueuisti, uenire festina. Quia iam non compulsorem ad te mittimus; sed ultorem. Si aliqua credideris ludificatione tardandum.* Sed tota epistola loquitur de purpura. Eodem significatu utuntur *Grat. Valent. Theod. AAA.* in *l. 1. C. quae uenire non possunt.* Vbi uerba haec: *Fucandae atque distrahendae* PVRPVRAE *uel in serico uel in lana, quae* BLATTA *uel* OXYBLATTA *atque* HYACINTHINA *dicitur, facultatem nullus possit habere priuatus.* Inde *blatteus color* ISIDORO *lib. XII. c. ult.* atque *lib. XIX. c. 28.* Quid igitur *blatta?* Disputant ac titubant critici & humaniores iurisconsulti. Dicam, quod sentio, est

Oxyblattis.

uermi-

uermiculus. Inde *Paul.* DIACONVS in glossis: BLATTA *genus purpureum,* VERMIS. Sed quaeso! quid cum purpura commune habent *uermiculi* seu *blattae?* Etiam hoc ostendo. Nam *purpureus color* hodieque comparatur ex *uermiculis,* qui hodie audiunt *cochenille, coccionella.* Omnes enim *tinctoriae artis magistri* nobis illos describunt ita: COCHENILLE sunt *uermiculi siue muscae exsiccatae & concussae, ex quorum exuuiis purpureus color, quo hodieque utuntur tinctores eximii. Generantur in* India *occidentali, ubi insident arbusculis & foliis indeque excutiuntur colliguntur-que delapsi in terram.* Quid autem ueteribus *oxyblatta?* Idem puto esse, quam *blattam purpuriferam* seruatam *aceto.* Hoc enim aliquos *tinctores* uti, scimus, ad alendas materias colorum, ne uel exhalent uel palleant uel putrefiant. Vt adeo iterum sit facilis intellectu etiam hic significatus. Quo lumine perfundendi sunt omnes illi, qui adhuc de *blattae* & *oxyblattae* dubitarunt sensu genuino. Inter quos TVRNEBVS *aduers. lib. XVIII. c. 17.* GVTHERIVS *de offic. dom. Aug. lib. III. c. 21.* BOCHARDVS *in hierozoica;* BRAVNIVS *de uestitu & purpura pontificis supremi* & qui alii.

Vtrumque idem, quam *cochenille.*

(19) Scribit MVSVRVS κάλχην βοτάνην, δι' ἧς ἡ πορφύρα, *Calchen herbam* Rhodiam esse, *per quam purpura tingitur.* Κάλυξ θαλάσσια πορφύρα καλχὴ διφθέρη πορφύρα βοτάνιον ἀνθόφορον, *Calyx marina purpura; Calche pellis purpurea, herbula* FLOREM *ferens.* Inde κάλλη *uestis purpurea.* Achiae florem, *lacham* & *lapathum* esse, purpurae aptum, docet *anonymus Graecus* apud BVLENGERVM *de Imp. Rom. lib. VI. c. 68.* Viderint alii de his floribus nominibusque. Nobis illud est satis; quod hodieque *tinctores* nostri ex *herbis* praeparent coquantque purpuram, quales sunt *polygonum, S. Iohannisbluth* & *isatis, waide,* de quibus herbarum generibus inferius plura.

PVRPVRA 3) ex *herbis.*

(20) Interpres hic sit HESYCHIVS, qui *coccum* ita describit:

PVRPVRA 4) ex *arboribus* cocco *cremiali*, alkermes.

ſcribit: *κεκοκκυγωμένον κεχρισμένον χρῶμα κοκκυγίνῳ; ὅ ἐστι πορφυροῦν ἀπὸ κοκκυγέας δένδρου*, id eſt, *coccyginum eſt purpureum ab arbore coccygea.* Addit PALMERIVS in notis p. 516. *Qualem arborem intelligat* Heſychius, *non poſſum decernere. Num de* pruno? *quae κοκκυμηλέα dicitur. Et huius fructu hodie etiam utuntur ad tingendos pannos ex lana. Num de* ilice *acuifolia minore, quae fert κόκκον βαφικόν? Quo tingitur eximius ille color ad* purpuram *maxime accedens. Quem uocamus* cramoiſi, carmeſin: *Itali* chermeſino. *Auoce κέρμης, quae coccum illud deſignat. Hoc magis puto. Nam* PRVNA *ad nigrum colorem uel ualde fuſcum, ut audio, ſunt utilia.* Non differunt igitur re ipſa *Kermes* & *coccus.* Quod plenius oſtendit EICHSTADIVS *de confectione Alkermes p. 16. 17.* Inde PLINIVS *lib. IX. c. 41.* atque *XXII. 2.* Luſitaniae *grani* COCCVM *imperatoriis paludamentis dicatum.* Plenius DIOSCORIDES *lib. IV. c. 78.* coccum deſcribit: *fruticem tinctorium paruum ex cremiorum* (*) *genere, cui grana, ceu lentes adhaerent.* Inde color *coccineus* & *purpureus* adhibentur paſſim ab auctoribus inſtar ſynonymorum. Cum *purpura* haud dubie *coccinea* quoque, ex uariis colorum materiis praeparata.

Num PVRPVRA in deperditis?

(21) Hoc ſcribunt dolentque omnes. Ideoque non dubitat *Guido* PANCIROLVS *purpuram* adnumerare *rerum deperditarum catalogo inſigni tit. 1.* quem pleno commentario auxit illuſtrauitque *Henricus Salmuthus.*

PVRPVRA 1) ex *uermiculis.* COCHINILLE.

(22) Cum uſu uulgari *purpureum* omne dicatur etiam *coccineum*; horum *Indiae occidentalis* uermiculorum uero exuuiae tingant purpura: ideo haud dubie dicti *coccinei*, uulgariter *cochenille.* Licet a *cremiali cocco* differat prorſus, cum ultimum *fruticis* ſit; primum animalculorum. Vermiculum aut *blattam* hanc *cocchinel-*

(*) Cremia enim *ſarmenta, ligna tenuia, reiſsholz. Arbores cremiales, affterſchlag; unterholz; wällerholz.* Eſt igitur *Kermes* forte idem, quam *cremium*, id eſt, *frutex. Al* enim particula ſenſus etiam adauget nobilitatque. Quo ſenſu *Alkermes* eſt idem, quam *frutex nobiliſſimus.*

lae

lae conferunt in magnitudine figuraque cum *cimice.* Ita enim loquitur *gloſſator artis nundinatoriae*, MARPERGERVS: *Cochenille, eine köſtliche rothe purpurfarbe. Es ſind ſelbige aufgedorrte mücken. In der gröſſe, wie die bettwantzen. Welche, wann ſie zerknirſchet* (im mörſchel zu pulver zerſtoſſen) *werden eine ſchöne* ROTHE FARBE *von ſich geben. Es ſind ſolche in Weſtindien häuffig. Da ſie ſich auf etlichen bäumen, die faſt den ſäugenbäumen gleich, aufhalten. Unter welche die Indianer ein tuch breiten, und hernach dieſe thierlein herunter ſchütteln. Da ſie denn bald ſterben, geſamlet, verkaufft, und in Europam gebracht werden. Und dieſes iſt die ſo theure* COCHENILLE. *Es wird die königin aller farben Carmin daraus gemachet.*

(23) *Botanicarum* rerum periti deſcribunt nobis *polygoni* duo genera, *maioris* & *minoris*. Deinde etiam illud notant, quod non ſolum *grana purpurifera* habeat polygonum: ſed etiam *purpuriferos uermiculos*. In ACTIS *naturae curioſorum* habetur utriusque ratio plene ac optime. In gratiam patriae exſcribemus eadem in uernacula: POLYGONVM *weggraß, wegkraut. Iſt zweyerley art, groſſes und kleines. Die* PVRPVRKÖRNER *ſind nicht diß kräutleines eigens gewächß oder ſaamen: ſondern hangen an deſſelben wurzel. Die körnlein ſeyn* BLVTHROTH *an der gröſſe einem hanfkorn gleich und haben einen bluthrothen ſafft und* WÜRMLEIN *von gleicher farbe darinnen. Ihr nutzen und gebrauch in der färberey iſt dardurch kunt worden. Weil die hüner, welche dergleichen körner oder würmerlein eingefreſſen, hochroth gefärbte excrementa von ſich gegeben. Es werden ſolche körner* IOHANNISBLVTH *genennet; weil ſie am Iohannistag am meiſten gefunden werden; ſie heiſſen auch* POHLNISCHE PVRPVRKÖRNER. *Wo ſie am erſten zum gebrauch in* FAERBEREYEN *bekannt worden. Als in* WARSCHAV, *der* VKREINE *u. a. ſandigten wüſteneyen. Welche das arme landvolck ſamlet, die würmgen zuſammen in ballen drucket. Von welchen es die Türckiſche u. a. kaufleute kauffen, und färben damit 1) wolle, 2) ſeide, 3) leder, ſonderlich den ſaphian 4) roßſchweife und andre haare.*

z) ex POLYGONO.

in 1) herbis

b) uermiaclis.

haare. Die holländer mengen es unter die cochenille, die es noch hochrother machet.

3) ISATI waide.

(24) Est HERBA, quam, in uernacula, *waid* dicimus, pretii magni & utilitatis ad fundamentum purpurae admodum insignis. Seritur metiturque in Germania passim, praesertim in foecundioris terrae *regionibus Misniae* & *Thuringiae*, inprimis *Erfurti*, ubi *isatide* hac quidam patritii donantur inauguranturque, instar clientelae, qui ideo nomen habere dicuntur: *waidiunckern*. Principem locum in *Isatidis* commercio cultuque tenet ERFVRTENSIS ciuitas. Vt patet in *apologia* eius aduersus postulata MOGVNTINI electoris an. CIↃ IↃ LXXXIX inscriptae: EINES ERBAREN RATHS ZV ERFFVRT ERSTER GEDRVCKTER ANSCHLAG GEGEN DES HOCHBEMELDTEN ERTZBISCHOFF DIETRICHS ANSCHLEGE ausgangen uerbis, quae sequuntur: *Nachdem in* WEIDKAVFFE *hie zu* ERFFVRT *ein grosser handel ist so thar niemand, wenn der* WEID *in die stadt gefurt ist worden, den keuffen, ehe man die* WEIDGLOCKEN *durch des raths geschwornen marcktknecht hat läuten lassen, und der käuffer habe auch darzu des raths* LAVBE *und* ZEDDELN, *die ein rath, und niemand anders, zu geben hat.* Item *der rath hat oberkeit des* WEIDMARCKTS *in der stadt Erffurt, und macht, den in oder vor die stad nach ihren gefallen zu legen, und thar auch niemand* BALLEN-WEIDKAVFFEN *er sey den ein bürger zu Erffurt davon der rath seine gerechtigkeit hat* WEIDGELD *genant.* Taceo loca alia & *Brandeburgicas prouincias* inprimis, ubi cultura *isatidis* commendata incolis singulari regali edicto an. CIↃ IↃ CC XXIII. Vt iamnunc *isatis* etiam *Halae* & *Magdeburgi* inueniatur.

ERFVRTENSIVM priuilegia singularia in ISATIDE dem *waidkauf* und *waidiunkern*.

b) Gallicae

Producit vero & *Gallia* & *Italia* eiusmodi herbam. Quam *Galli* uocant *pastel*: *isatim syluestrem* uero *rouéde*. Quae uerba resque ipsos scriptores passim solent inuicem confundere & permiscere. Certissimi cetera, esse cum Gallorum *pastel* cum eaque *Thuringicam*, quae PLINIO & DIOSCORIDI *glastum* vocatur, unam eandemque. De *Gallorum plantatione*

tatione & auctores *praeparatione* ad usum *basicum* siue *tinctorium* legendis commemorati in *praef. §. ult.* De nostra vero *Thuringica* isatide legi meretur *de* HOHBERG *in Georg. curios. Part. II. libr. VII. cap. LXIV.* & alii. Nimirum tota *herba* molitur ut frumentum in peculiaribus *molendinis*; quae ea propter vocantur *molendina isatica weidmühlen.* Ex *farina* siue *puluere* eius deinde fiunt *globuli weidballen*, quo diutius conseruetur.

(25) Repetenda hic sunt, quae iam n. 20. scripsimus de COCCO seu CHERMES superius. Agunt de hoc colore EICHSTADIVS *de confectione Alkermes* atque ACTA *philosophica Angelicana*, mense *decembr. 1666. obs.* VII. Verba nostri interpretis sunt haec CHERMES, *kermes, scharlachbeer; arabisch* KERMES & ALKERMES. *Ist eine, welche in* POLEN *und* BÖHMEN *waechst auf kleinen straeuchlein. Die eine art steineichen. In* FRANCKREICH *waechst sie noch besser. Hat beeren, wie* PFEFFERKÖRNER. *Aus solchen kommt der chermessafft. Arbor coccifera aut glandifera* & quae sunt reliqua. Nam sunt, qui permiscent haec talia cum *polygono:* quos nostrum non est, refellere in iurisprudentiae argumento. Etiam illud est certum, purpurae uocabulo Romanos usos fuisse in significatu laxiori paullo, quam nos, qui gradus colorum longe exactius scimus distinguere. 4) *Cocco chermes.*

DIFFERENTIA VII.

De iuribus PVRPVRAE.

ROmano iure PVRPVRA uti licuit nonnisi *imperatori* & illis, qui *familiae augustalis.* Praeterea REGIBVS ac *magistratibus* imo *matronis* eadem libertas I. R. PVRPVRA uestitus AVGVSTALIS.

bertas ex indulgentia *imperiali*(26) uerum *Germaniae* principes & reges *septentrionales* non distincti aut cogniti habitus colore & offuciis; uerum PELLIBVS HERMINIIS (*dem hermelin futer*). Vti ergo *Romanis reges* audiuere *purpurati*: ita Germaniae & regionum septentrionalium REGES PELLITI dicti sunt adpellatique ex habitu. Neque sine causa, ob climatis rationes diuersas. Nam, ad depellendum frigus, *septentrionalibus* populis commendatissimae PELLES, quibus opus non est in *orientali* aut *meridionali* plagis (27). Sed uti Romana instituta, in decore & elegantia inprimis, imitati sunt *principes orbis* propemodum *uniuersi*: ita etiam *symbola principalia* Latii adiunxere suis. Vt adeo *reges* hodieque & PELLIBVS, id est, *palliis hermelini uelleris* gaudeant & PVRPVRA simul: utroque gestamine coniuncto, PATRIO &

I. G. PELLES AVGVSTALES.

Vtrumque coniunctum.

& LATII (28). Vnde PRINCIPVM ELECTORVM *Germaniae* habitus in MITRA ac TOGA, HERMELINIS ſubſutilibus (*den churhüten und churröken oder churmänteln*) obductis PVRPVRA, eſt regalis omnino necquicquam clientelaris aut beneficiarius (29).

Habitus ELECTORVM eſt AVGVSTALIS utrinque.

(26) Principio reipublicae Romanae fuerant *reges purpurati*, id eſt, cognoſcendi ex huius coloris offuciis. In *conſulari* ſtatu adfectarunt *purpuram* illi magiſtratus, qui habuerant *maieſtatem*, id eſt, poteſtatem inſignem. Sed *Nero* purpura illos interdixerat, ſibi tantum adſerto ac uindicato *murice imperatorio*. Alii imperatores has offucias riſerunt. Inde purpuram indulſerunt *matronis* Latii & extraneis; praecipuis *adminiſtris curialibus*, praeſertim in fimbris & limbis ueſtium; barbaris etiam *regibus*. Sed placuit *Neronis* conſtitutio iterum aliis; ne tingeret quis alius ueſtes omnes *murice, blatta, oxyblatta*, metaxa, quam *imperator*. Quo etiam iure uixit IVSTINIANVS, qui ideo *capitis* pœnam ſtatuit temeratoribus & uſurpatoribus *muricis imperatorii*, uti habetur in *l. 3. 4. C. de ueſtibus holoberis & ſacri muricis*. Quae loca cum illuſtrauerint ante nos interpretes doctiſſimi, manum de hac tabula. Legendi praeterea ſunt rei ueſtiariae ſcriptores BAYFIVS; FERRARIVS; LAVRENTIVS; BRAVNIVS pluresque alii, qui de ROMANORVM LVXV libros ediderunt ſingulares.

Iura PVRPVRAE Latii.

(27) Quod *hermelino uellere* diſtincti fuerint barbari reges in ſeptentrionalibus plagis indeque Latio illi adpellati *reges pelliti*, illud ex inſtituto docuit *dn. praeſ.* in *tom. I. miſcell.*

Iura HERMELINARVM pellium.

miſcell. lib. I. opuſc. 4. c. 9. p. 258. 259. quod eſt de *formula ducatus Brandenburgici.* Vt actum agerem, ſi quid hic commemorarem. Licet uero noſtro nunc aeuo porro nemo prohibeatur, *panno* indui *coloris purpurei,* quo, in tanto *ueſtiariarum legum* neglectu, etiam utuntur homines infimae ſortis: *hermelino* tamen uellere ac pellibus non utuntur, niſi *matronae.* Vti etiam *Alexandri* Caeſaris iudicium fuiſſe, conſtat; has offucias & decora relinquenda eſſe mulieribus; non ita molles uiros eſſe debere. Qui factis dignoſci poſſint ac uirtute: ne opus ſit ueſte ac indumento *cap. I. §. 3. 8.* ſuperius. Imo exempli alicuius memini, huc facientis omnino: quod diues quidam *mercator* fuerit auctor pictori, ut imagini illius adderet *hermelineum pallium,* circumfluum humeros, inſtar ornamenti. Quod cum intellexiſſet aduocatus fiſci *mercatorem hermelinum* accuſauit ex *l. 3. 4. C. de ueſtibus holoberis* criminis laeſae maieſtatis ob *uellus hermelinum* adfectatum, ſacrum principi, inſtar Latii *purpurae.* Mercator iuris ignorantia ſe defendit & moribus mulierum atque matronarum, quae impune *ſubdiditio uellere hermelino* utantur, imo *hermelinis manicis.* Accedere, quod uti in Germania hodie *purpura* uti liceat: ita nemini interdictam *hermelinam pellem.* Neque tandem illud ignotum ſit, quod in *rebus leuiſſimis* Latii tyranni quaeſiuerint *maieſtatis* laeſae crimina, quae recenſuit *dn.* PRAES. *in miſcellor. tom. II. lib. 4 opuſc. 2. diſſ. 2. p. 1059. 1060.* de uerbo maieſtatis, quarum legum pudeat Germanos in republica, illuſtri uerbo *libertatis.* Verum repoſuit fiſci patronus: iura nemini licere ignorare; quae foeminis indulta ob mollitiem, non ideo danda uiris. Pueris etiam cognita diſtinctaque *pallia purpurea cum ſubſutili pelle hermelina,* regum eſſe & principum Germaniae *ſuffragatorum* adeoque rem coercitione dignam, ſi opes ſtultitiam patiantur. Inde ſententia: *poenae ordinariae capitis locum non eſſe:*

Crimen *purpurae.*

mer-

mercatoris tamen adrogantiam puniendam quingentis imperialibus & e medio tollendam imaginem.

(28) Hoc enim usu constat: quod, iuxta Latii *symbola regalia*, nostri archiprincipes & reges utantur hodieque *purpureis palliis* cum *pelle subsutili hermelina*. Vltimam uero non adhiberi ad frigus depellendum, uerum ad augustalem tantummodo ornatum, facile intelligitur, cum *hermelino* etiam pallio induantur reges Europae tempore solstitioque aestiuante, imo aestiuo prorsus & praeferuente. Illud tamen notandum, quod imperator pallio inaugurali utatur *paragaudo*; id est, *serico intexto auro* necquicquam uellere aut *pelle hermelina regali*. Euenit forte hoc inde, quod PELLES HERMELINAS nesciuerit Latium cauendumque fuerit imperatori, ne *peregrinum* magis gestaret habitum, quam *Romanum* ac *imperatorium*. PELLIVM usus in media aestate.

(29) Inuestigauit in PELLIVM HERMELINARVM, quibus *electores* S. R. I. utuntur hodieque, originem & causam *dn.* PRAES. *tom. I. miscell. lib. 1. c. 4.* ostenditque illam esse nonnisi *regalem* uere. Cui non licet aliquid addere. Illud tamen praeterea etiamnunc obseruauit dn. PRAESES, quod uetustissimo etiam tempore seculo XII. nummi *Brandeburgici* supersint, in quibus pallia facile obseruaueris cum PELLE HERMELINA SVBSVTILI. Cum uero de *monetis Brandeburgicis* medii aeui *tomum VII. reliquiarum* sub prelo habeat dn. PRAES. in cuius adpendice *penultimo* atque *ultimo* agatur de illis ex instituto, lectorem eo remittimus. Ceterum cum simus de eo certissimi, quod *archiprincipes electores* PELLIBVS HERMELINIS usi seculo XII. quo tempore neque *archiofficia* stabilita in Germania neque suffragatoria eligendi Caesaris iura penes solos archiprincipes: illud certum quoque, deberi *pelles hermelinas* neque *suffragii electitii* neque *archiofficiorum* iuribus; sed potius *archiprincipum* in suo territorio *potentatui*. Vnde nec minus clarum est hoc: quod habitus *purpureus* & *her-* Pelles HERMELINAE electorum.

melineus cognitus fuerit nonnisi tempore *postcarolingico*, quo, in Germanico imperio, *septem prouinciae* eorumque ordines, extincta stirpe *Carolidarum*, ab omni imperio liberi, sibi elegerunt *dominos* rerum territoriique, quos eo instruxere iure, quo hodieque eos uti fruique uidemus.

DIFFERENTIA VIII.

De *basio* SPECTATORE officiorum.

Fallaciae tinctorum.

I*Vre Romano* desideratur SPECTATOR *rerum tinctarum*, aestimatorque: *utrum tinctura praestet, an secus?* nisi uolueris huc munus referre PRAEPOSITI *basiorum* (30). *Germanica* autem instituta noua utiliaque sunt haec:

Collegia spectatorum.

quod SPECTATORVM (*der schauer*) sparta singularis, quorum officium tantummodo hoc: *ut pannos tinctos infectosque explorent aestimentque, num tinctura proba sit, an improba, nociua, adulterina, prohibita lege* (31)?

Latii aduersus TINCTORES fallaces munera.

(30) Etiam in Latio querela de *basiorum falsis & corruptelis*. Hinc in *l. 3. C. de uestib. holoberis* cautum: *uellera* (lanam) *adulterino colore fucata, in speciem* SACRI MVRICIS, *intingere non sinimus. Nec tinctum cum Rhodino prius serico alia postea colore fucari. Cum de albo* (natiuo serico) *omnium colorum tingendi copia non negetur. Nam*

Nam capitalem poenam, illicita tentantes, suscipient. Licet enim uideatur esse innoxium, tingere colore adulterino, quod satis sit ad colorem, sic uideri adparere; esse autem ad colorem conferat nihil: cum tamen *adulterini* colores nunc pereant cito palleantque, nunc pannos, lanam, sericum, linteum atterant corrumpantque, in *tinctoria arte* non *adparere* sufficit; sed requiritur etiam esse. Vti uero fides mortalium, in contractibus praecipue, fallat saepius: ita, poenis propositis, tinctorum fallaciae non euitatae. Ceterum si *procuratoris sacrarum largitionum* aut, qui huic paruit, *praepositi basiorum* potest huc referri, habes *Latii* & *Germaniae* harmoniam in hoc argumento. Ast uero *praepositi* munus longe fuit amplius; quam *spectatoris* rerum tinctarum, *deß* SCHAVERS. Sigillatim NOTITIA IMPERII *part. I. c. 74.* recenset PRAEPOSITOS *basiorum orientis* & *part. II. c. 39. occidentis,* uti segmenta diuidit illustratque PANCIROLVS. Basiorum PRAEPOSITI.

(31). Praestantissimum hoc est remedium aduersus *basiorum* corruptelas; quod nominati ac constituti *censores, spectatores, aestimatores* rerum tinctarum, quorum oculis, iudicio ac censurae tinctores offerre ac subiicere tenentur res tinctas & inde expectare sententiam, num tinctura proba sit, an improba ac fallax? In uernacula dicitur hoc collegium censorum, *das schauamt;* leges eorundem, *die schauordnung;* censores ipsi, *die schauer.* Prodiit *die 30. Ian. 1723.* PORVSSIAE regis constitutio de hac sparta singularis ita inscripta: *Königl. Preußl. schauordnung in schönfärbereyen und schönfärbern* BEROLINI f. Epitome illius haec: *Aus dem gewerck der tuchmacher* (quidni etiam der FAERBER) *sind etliche meister zu vereyden, welche* I) *das tuch vom* WERCKSTVL *über eine stangen ziehen und examiniren: ob das tuch so hoch, als es verordnet, stehe; ob gleiches gespinst darinnen: ob solches wohl gewircket; ob es auch worfbrüche; ob es das rechte gewicht?* Collegia *spectatorum* aduersus fallacias *tinctorum.*

 cetera.

cetera. II) *Wann das tuch aus der* WALCKE *kommt, muß es wieder geschauet werden, ob alles fett heraus; ob die walcker die wolle abgestossen und zu pflocken gemachet?* III) *Sollen die schauer so dann, wann das tuch richtig befunden, ein bley demselben, darin der statt* WAPPEN, *anhangen.* IV) *Die letzte schaue ist aus der* FARBE, *ob die gefärbten tücher wohl durchfärbet; keine kalck- oder kesselflecken habe: da dann ein kleeblatt und siegel daran zu hangen.* Verum uidetur hoc spectaculum institutum esse *pannificii* magis causa, quam artis *tinctoriae*. Vnde facile esset huic muneri destinare quoque *tinctores iuratos*, ad censendum & iudicandam de colore idoneo ac praestanti, uel adulterino & fucato.

DIFFERENTIA IX.

De *basiorum* differentiis.

I. R. Basia *augustalia* PVRPVRAE solius.

R*Omano iure* basiariae officinae *purpurae* solius fuerant *augustales*; non colorum aliorum, quae hominum priuatorum omnino. Neque etiam *tribuum* tinctoriarum definiti *numeri* (32). *Germanico* iure nulla *officinarum tinctoriarum* sunt discrimina intuitu *colorum*. Nam omnia basiorum genera patent hominibus priuatis (33). In Saxonia tamen tolerantur nonnisi *tres* urbium *trium* tinctoriae TRIBVS

I. G. nulla hic discrimina.

1) DRES-

1) DRESDAE 2) LIPSIAE 3) ZWIKAVIAE reliquis ſublatis & interdictis (34). Siue quod hae ſufficiant ſiue quod in aliis oppidis euitanda diſcrimina *fluminum, fontium, aquarum, aedium, platearum, lignorum, pratorum, uiretorum*, in quibus omnibus damna non leuia metuenda a baſiariis officinis. Coercenda & interdicenda omnino a principe in republica, ne illi tinctores plus nocere, quam prodeſſe uideantur (35).

Niſi quod *baſia* definita.

(32) Cum PLVTARCHVS in *Numa* p. 71. recenſeat *tinctores* inter opifices alios plures, Romae tum inſtructos iuribus *collegii* & *tribus ſingularis*; deinde in iure noſtro & *titulis C. de murilegulis* atque *ueſtibus holoberis* de *intinctione ſacri muricis* tantum agatur, non de coloribus aliis: putauerim, *alios tinctores* priuatas in omnibus imperii Romani oppidis ac oris habuiſſe BASIORVM OFFICINAS. Neque eſt, quod obiicias, fieri non potuiſſe, ut, in tantis *auguſtalium baſiorum* numeris, deſcriptis in NOTITIA IMPERII *part. I. c. 74.* atque *part. II. c. 39.* occuparentur tinctores in *purpura* ſola, praeſertim ſi haec tantum inter *auguſtalia ueſtimenta*, etiamſi imperator ſingulis diebus ueſtes mutauiſſet. Verum uti *cap. I. §. 2. p. 6.* atque *diſſ. 1. n. 2. p. 11.* oſtendimus *purpura*, iuxta imperatores, etiam uſas eſſe *matronas* in imperio Romano & extra

Purpurae baſia diſtincta ab aliis in *Latio*.

Qui *purpura auguſtalis* ſola tot opus habuerit in *Europa, Aſia & Africa* officinis?

extra illud; deinde *purpureas fimbrias* habuisse in uestibus etiam *uiros* alicuius nominis Romae; imo primarii ordinis *administros* Caesaris & *magistratus* gauisos esse purpurae gestamine ulteriori; demum e *bafiis purpuriferis* imperatores sperauisse & accepisse auri & argenti maximam uim *l. 2. C. de murileg.* facile est ad intelligendum, quod omnibus trium orbis plagarum *officinis tinctoriis* satis fuerit operarum in rebus, purpura & sacro murice tingendis. Adeo, ut ex CASSIODORI *lib. I. epist. 2.* constet: quandoque uelociter ac praecipitanter uenditas esse purpuras, ut nequiuerint *principes* desideratas semper habere. Imo poenis coercendis fuerant praepositi, ne purpurae, Romam transmittendae tempestiue, obliuiscerentur.

DIFFERENTIAE TINCTORVM sublatae in *Germania.*

(33) Diximus supra *diff. II.* esse quidem *duplicis generis* tinctores 1) *uulgares* 2) *eximios*: deinde in urbibus maioribus etiam tinctores esse, qui acquiescunt colore uel nigro uel coeruleo uel alio dicunturque in significatu singulari, *schwarzfærber, blaufærber*, cetera. Verum differunt sane haec instituta a moribus Latii. Principio, quod omnis generis *tincturae* pateant tamen hominibus priuatis, subditis, neque princeps sibi uindicet *tincturam sacri muricis* porro. Deinde *tinctores* distincti, pro colorum diuersitate, nullo iure cogente; sed ut uel expedit hoc singulis uel uniuersis. Demum *purpura* prae aliorum generum coloribus, in officinis praecipui iam habeat nihil exulentque apud nos *muritinctores* aut bafii purpurae solius, *purpurfærber*.

SAXONICA BAFIA 1) Lipsiae. 2) Dresdae. 3) Zwikauiae.

(34) Extat SAXONICA CONSTITVTIO *Dresdae* scripta die 24. *Maii,* anno CIↃ IↃ XCV. cuius summam exibebimus in uernacula. *Sollen drey laden in dem gesamten chur- und fürstenthum* SACHSEN *verbleiben.* 1) *Die* LEIPZIGER *hauptladen* 2) *Die* DRESDNISCHE 3) *die Ertzgebürgische kreißladen zu* ZWICKAV. Art. II. *sollen selbige zugleich*

SCHWARZ-

SCHWARZ- *und* SCHÖNFAERBER *seyn und nicht allein leinwand; parchend; halbwollen; sondern auch gantz wollen* TVCH *und* ZEVGE *darunter verstanden werden. Weil ihnen von den herumstreichern öffters vorgeworffen wird, sie wæren nur* SCHWARZ *und* LEINWANDFAERBER, *da sie doch ihr meisterstück in allerley farben in gantz wollen verrichten. Und solche ihre arbeit in* 1) SPANIEN 2) ITALIEN 3) ENGELLAND 4) HOLLAND *und andere lænder verführet würde.* Artic. IV. *Soll keine* LADE *der andern* EINGRIFF *thun: sondern die* STAETTE, *wie sie var alters zur jeden lade gehörig, dabey verbleiben.* Interim tolerantur *basia* etiam in aliis oppidis ac urbibus *Saxoniae, Misniae* & *Thuringiae,* quae tamen TRIBVBVS nominatis, in re tinctoria, addicta & subiecta parent omnino.

(35) Ex *basiis* multiplicia oriri & metui possunt damna periculaque. Ad quae euitanda e re est publica, ordinari ac instrui *officinas basiarias* nonnisi principis auctoritate. Vt omnia expendi & aestimari ante queant; annon oppido aut prouinciae plus noceant *basiariae officinae,* quam conferant ac prosint. In examen itaque uocari debent ea, quae sequuntur. *Principio* ratio habenda *lignorum,* quae in coquendis *coloribus* & *tincturis* omnino consumuntur. Quare in illis locis, ubi *lignorum* inopia & defectus, minus est consultum, instrui officinas *tinctorias,* consumtrices lignorum immanes. Ne inopia eorundem opprimat ciues. Est igitur in aliquibus oppidis cautum: ne tinctores lignorum sint propolae aut monopolae; ne emant illa in foro, nisi post undecimam horam, ut inde constet, ciues in urbe opus habere illis necquicquam. GERENSIVM *statutorum* an. 1654. mense *Martio* artic. XVI. est hic: *Und weil mit dem* FAERBEN *viel* HOLTZ *aufgehet, so sonsten gemeiner statt zum besten kommen kænnen: so soll ein jeder færber des holtzeinkauffens auf dem marckt sich enthalten: biß der* WISCH *fællet. Damit die* BÜRGERSCHAFFT *dessen zur nothdurfft sich erholen kænne.* Quod cum omissum sit in

Qui BASIORVM prosint, numeri definiti, ob *damna* uel *pericula.* 1) in LIGNIS.

F statu-

ſtatutis nouiſſimis, habent ciues, quod doleant omnino.
2) IN AQVIS. *Deinde* cum ad *tincturas* opus ſit uariis rebus nociuis, imo *uenenis*, illud uſus docuit, quod ex *eluuie* in uaſis, pannis, lana, linteo tincturarum inficiantur *flumina*, ut *piſces* uel omnes uel certa genera pereant uel deſerant illi flumen: deinde *fontes* ac *riuulos*, ut aqua uel hominibus uel armentis noceat uel coquendae cereuiſiae. Qua cauſa iureconſultorum Halenſium ordo an. CIↃ IↃ CCXXIV. ſententiam tulit in cauſa hac *Ciuium* Grf. aduerſus *tinctores*: *daß die færberey, bewandten umſtænden nach, ſich deß ſchædlichen gebrauches, deß in die ſtatt gehenden gewæſſers, billig zu enthalten. Folglich die gefærbte tücher darinnen auszuwaſchen oder die farbegefæſſe abzuſpülen nicht befuget.* Nam tinctoribus opus eſſe acerrimis *uenenis*, *arſenico*, *auripigmento*, *riſigallo*, aliis, ut colores res tingendas permeent & occupent melius durentque eo, usque dum pereat res ipſa, notum eſt. Inde CONSTITVTIONIS TINCTORIAE PORVSSIAE REGIS CIↃ IↃCCXXIII. editae uerba ſunt ARTIC. III. *Sollen die* SCHÖNFAERBER *alle tücher recht aufrichtig* DVRCH *und* DVRCH *ſo færben, daß die farbe, ſo lange das* TVCH HALTEN *kann auch halte. Und die farbe auf den tüchern und zeugen lebendig und*
3) IN FVMO. *recht blühend ſey.* *Porro* etiam FVMVS ex tinctoriis officinis eſt nociuus admodum. Praeſertim illis, qui difficile aerem hauriunt ſpirantque: etiam uicini ſibi adrogare ſolent iura prohibendi easdem. Ne puri aëris uſu priuentur. Quod ſi uirorum litteratorum haec priuilegia ſunt, ne uicinos ferre teneantur nociuos: etiam ratio exigere uidetur hoc, ne in *uicinia* hominis litterati *nouum baſium* inſtituatur. Licet in patria mea, poſt multa certamina *uirum litteratum*, conſtet, ſuccubuiſſe in
4) IGNE. cauſa eadem. *Praeterea* adferunt quoque *officinae tinctoriae* pericula incendiis, partim, quod requirant largiſſimos ignes, partim, quod *materiae tinctoriae* facile con-

cipiant

cipiant flammam. Vt adeo e re ſit, illas inſtitui in locis paulo diſtinctis ac remotis ab aliorum aedificiorum com- page neque deſint aquae ad extinguendum. Quapropter tunc *nouum opus* nunciari poſſe a uicinis, probat GOEDEN *conſ. 108, n. 11.* *Ad extremum* loco opus eſt *tinctoriae officinae* ad *deſiccandum* res tinctas. Nam, in urbe illas ſuſpendi ex aedificiis, eſt indecens adſpectu in plateis arg. *l. 4. D. de uia publ.* Igitur extra urbem aut in pomoeriis eſt adſignandum ſpatium, in quo res tinctae cum expandi poſſint, tum in libero & puro aëre inſolari. Aut inſtitui *aedes ſolares,* beſondere *trockenhæuſer.* Quibus tum iura *ſeruitutis* adſignanda: ne uicinus altius tollat; ne lumini officiat aut ſoli, cetera, argumento *l. 15. D. de ſeruit. praed. urban.* *Tandem* cum illud, quod eſt *reſiduum* ex tincturis facile *putreſiat* excitetque foetorem peſtilentiſſimum, niſi tinctor remoueat illud tempeſtiue: uicinus eadem interdicta habet, quae praetor indulget in *l. 1. D. de cloacis.*

5) DESICCANDO.

6) PVTREDINE.

CAP. IV.

De DELICTIS tinctorum.

DIFFERENTIA *X.*

De tinctore ADVLTERO.

I.R. tinctorum *adulteratio* ſupplicium.

IVre Romano baſii *temeratio capitis* poenam meruit; quam luere oportuit illum, qui *uellera adulterino* colore fucauerit in ſpeciem ſacri *muricis* (36). *Germanico iure* uti purpuriferis etiam eſſe licet, iuxta principes

 homi-

hominibus priuatis, neque *basia* hodie sunt monopolia principum; nullae omnino causæ sunt tanti rigoris in hoc genere poenarum. Igitur *falsi* poena tenentur tinctores adulteri. Si scilicet, ad parcendum impensas, tingant *uiliori* uel *nociuo* colore aut etiam mentiantur lanas aut pannos *dibafos*, cum infecti nonnisi semel (37). Ad quas fraudes cauendas constituti *spectatores* (die *schauer*), de quibus supra (38). Imo obstringitur lege tinctor, ut adpendat rebus tinctis suum sigillum. Quod tenetur, si causa exigat, recognoscere (39). Quid uero si fallat in alterutro? Poenam omnino meretnr grauiorem falsi huius crimen. Quod sit occultum, ut possit certo non detegi & indicari. Quod imponat & mercatoribus & illis, qui tincta ueste utuntur. Quod integras ciuitates suspectas reddat

I. G. crimen *falsi*.

fraus

fraus adulteri tinctoris unius. Quod turbet negotia fide subleſta, tantopere neceſſaria in commerciis & quae reliqua ſunt. Quod cum ita ſit, mirum non eſt *baſiarias leges* acerbiſſimas eſſe in *tinctores* fallaces. In quo iubent aduertere priuatione *officinae* & priuilegii, *infamia*, *fuſtigatione*, *mulcta* inſigni, *ergaſtulo*, cetera. Vti ſcilicet adulteratio continuata diu; damnaque inde grauiora ciuitati, tribui, ſingulis (40).

(36) *Sanguine*, non *murice* ſcripta *l. 2. C. de murilegulis*. Verba eius ſunt: *Baphii, per quos priuata ſubſtantia tenuatur* (deminuuntur reditus) *& ſpecies confectae corrumpuntur, gladio feriantur. In baphiis admixta temeratio uacuum adducit inquinatae alluuionis* (tincturae adulteratae). Altera *l. 3. C. de ueſtib. holoberis* eſt acerbitatis eiusdem: *Vellera adulterino colore fucata, in ſpeciem muricis ſacri intingere non ſinimus. Nec tinctum cum Rhodino prius ſerico alio poſtea colore fucari. Cum de albo omnium colorum tingendi copia non negetur Nam capitalem poenam illicita tentantes ſuſcipient.* Huic uicina *l. 4. temperent uniuerſi C. de ueſtib. holoberis*, quae in temeratores intentat poenam criminis *laeſae maieſtatis*. Cauſam requiris huius rigoris, immanis uere? Lepidus eſt BRVNNEMANNVS, qui perhibet, reſpicere legislatorem in

Baſiorum adulteria qui tincta ſanguine?

Lepores *Brunnemanni.*

in hac prohibitione facta, ad *Leuit. c. 19. u. 19.* Vt enim Moses habuerit instar piaculi, *in uno agro duo seminum genera serere & uestimento uariarum rerum uti:* ita noluisse imperatorem, rem unam tangi *diuersis coloribus.* Verum pie magis, quam uere haec sentit BRVNNEMANNVS. Quoniam imperatores sanctionis huius acerbitate non alium sibi proposuere finem, quam hunc: *imperiali monopolio fraudem non esse faciendam neque inferenda damna.* Imo *leges calcare, augustales* maxime, idem esse, quam, contemnere legislatorem principem, quod demum crimen *laesae maiestatis.*

R. PORVSSIAE sanctio. (37) CONSTITVTIO REGALIS PORVSSICA ARTIC. III. est haec: *Sollen die* SCHÖNFAERBER *alle tücher recht aufrichtig durch und durch so færben; daß die farbe so lange das tuch halten kann, auch halte. Und die farbe auf den tüchern und zeugen lebendig und recht blühend sey.* ART. IV. *Bey* LEIBESSTRAFF *die tücher und zeuge nicht mit* FALSCHEN FARBEN *aufgesetzet werden.* ART. V. *Sollen die tücher nicht halb, sondern wohl* GENETZET *werden. Damit si nicht nur auf den hahren; sondern durch und durch kœnnen wohl gefærbet werden.* ARTIC. VI. *Es soll kein tuch mit* KALCH; *sondern mit* POTASCHE *geschauert werden.* ART. VII. *Soll der schœnfærber auf einem* BLEY *seinen nahmen und* PETTSCHAFFT *an das gefærbte tuch hangen.* ARTIC. VIII. *Weil die erfahrung giebt, daß die kaufleute und tuchhændler offt tü her gegen* INDIGO *und andere farbwaaren versteehen. Und vielmahl schlecht gut in hohem preiß annehmen und verursachen, daß daraus schlechte und todte farben gemachet werden: zum hœchsten nachtheil und verachtung deß commercii: als als soll* ARTIC. IX. *bey 200. rthal. straffe solches verbothen seyn.*

SCHAV-AMT. (38) Scilicet in *cap. III. differentia 8. n. 31.* de *spectatore* officiorum tinctoris, *von dem* SCHAVAMT *und* SCHAVMEISTERN.

(39) Sunt

(39) Sunt plura *insignia* intelligendorum *discriminum* inter *tincturas* probas & fucatas. Nam *principio* officium est basiorum, ut in pannis tinctisque aliis rebus spatium uel orbiculum relinquant, unde eluceat *color primus, die grundfarbe.* Quem si mentiatur tinctor: omnino *falsi* condemnandus & poena coercendus. *Deinde* requiritur alicubi in praestantioribus tincturis *trifolii* signum, licet haec tessera alibi in *textrinis*. *Post* addendum *siglum*, distinctum *monogramate* basii, unde illius *nomen* cognoscendum. *Praeterea* solet alicubi adiungi insigne *ciuitatis*, ubi *tinctoria officina*, unde prodiit res tincta. Demum alicubi desideratur non minus *signum* collegii *spectatorum, das schauzeichen.* Plus certe fieri non potuit ad *basios* in *officio* continendos & detegendum eorundem fraudes. De quibus SIGILLIS *regali; urbano; officinae* & opificis in *Gallia* egit *Petr.* REBVFF in libro de *pannariis mercatoribus*, qui habetur *tom. II. opp. p. 480. 481. sq.* SIGLA multiplicia in *tincturis.*

